



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla XXIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

Regulæ vtriusque iuris selectæ. 11

Secundo limita, in dictis testium qui corrupti deposuissent, non possunt convalidari consensu partium: Ita concludit Bar. in Auth. at qui semel, C. de prob. ubi est dicit, quod illud quod solemus dicere, quod publicis attestacionibus non sunt alij testes recipiendi super eisdem articulis, debet intelligi & limitari, nisi interueniat consensus partium: Ita tenet Abb. in c. fraternitatis, de testi. quod dicit communiter tene-ri Paul. Pari. in d. e. fraternitatis, nu. 53.

Tertio limita, si attestaciones essent nullæ, eo quia receptæ per iudicem incompetentem, non possunt convalidari consensu partium: per id quod habetur in toto tit. C. si a non compe. iudi. & in c. at si clerici, de iudi. Quod verum puto, nisi sua iurisdictione possit prorogari consensu partium: per id quod habetur in l. ij. ff. de iudi. & in l. si qui ex cõsensu. C. de episc. audien. tractat notabiliter Ias. in l. j. §. & post ope-ri, nu. 11, cum alijs, ff. de noui ope. nuntia.

REGVLA XXIII.

A C T V S & dispositio verificantur in prima vice l. boues, in §. hoc sermone, ff. de verbor. sign. Hanc regulam ponit Bar. in l. j. ff. ad l. Jul. maiest. & in l. dotis, la ij. ff. de iur. do. Hanc regulam limitat quatuor modis Socin. in reg. 13, in posterioribus, duobus modis per D. Bernardum de Luc. in reg. d. c. xiiij.

Amplia pluribus modis, & limita septem modis, vt per Feli. in c. innouamus, de treu. & pace, num. 3. cum seq. Alias limitationes ad hanc Regulam vide per Paulum Pari. in consi. 14. nu. 14. in 4. volu. per Carol. R. uin. in consi. lxxij. nu. 7. volu. 3. & per Ias. in l. duobus, in §. ei qui nu. 2. & 19. & 20. ff. de iureiur. & in l. diuortio, in §. quod in anno, nu. 12. ff. solu. mat.

Additio, vide And. tirac. in d. §. hoc sermone, vbi ponit xxxiiij. limi.

REGVLA XXV.

A C T V S intermedius vitiat stipulationem. Hanc Regulam probat tex. in l. continuus, ff. de verb. oblig.

Limita hanc regulam quatuor modis: vt per Rip. in l. stipulatio ista §. qui presens, nu. 17. ff. de verb. oblig.

REGVLA XXVI.

A C T V S nullus executioni mandatur, licet nullus remaneat. Hanc regulam ponit Preposi. vbi etiam quadrupliciter limitat, in c. dilectio, nu. 85. de appella.

REGVLA XXVII.

A C C V S A N S aliquem tenetur se inscribere ad pœnam rationis. Probat hęc Regula in l. si, C. de accusat. & in auth. sed nouo iure